

fi per janam misericordiam; agite poenitentiam. Sanct. Eulbertus epi. 77.

Continuatio Patrem respiciens.

Et venit ad patrem suum. Luc. 15. 20. Quomodo venit? nisi poenitentiam, & corde contrito, & spiritu contribulato: hac enim via redeunt peccatores ad Dominum. S. Eusebius Emif. Sabb. D. 2. Quadr.

Quod si in terris nequam pater, offensus graviter a filio peccatores, & malo; si tamen eundem postmodum viderit reformatum; & depositis prioris vitæ delictis, ad sobrios, & bonos mores; & ad innocentiam disciplinam poenitentia dolore correctum; & gaudet, & gratulatur, & suscepum, quem antea projecerat, cum voto paterne exultationis amplectitur: quanto magis unus ille, & verus Pater bonus, misericors, & pius, immo ipsa bonitas, misericordia, & pietas, lætatur in Poenitentia filiorum suorum: nec iram poenitentibus, aut plangentibus poenam, comminatur, sed veniam magis, & indulgentiam pollicetur. S. Cyrilianus Carthag. ep. 62.

O felix humilitas poenitent un! beata spes confidentium! quam potens est apud omnipotentem; quam facile vicinis invicibilis! quam citò tremendum Judicem convertis in piissimum Patrem! Guaricus Sabb. 2. hebdom. Quadrage. de parabol. filii prodigi.

S. XVIII.

Poenitentium exempla.

Ecce Jovine Adam. Gen. 3. 24. Nunquid non statim potuit in illum mortem inducere? Sed vide, quid agat benignissimus Dominus: ejicit ipsum e paradiso; neque enim erat dignus illo loco propter peccatum. Constituit autem illum e regione paradisi ut videret, unde exierit; & a quibus in qua delapsus sit, deinceps per poenitentiam salvetur. S. Cyrillus Jerof. Catech. 2.

Peccatori. 2. Reg. 12. 13. Hoc verbum poenitentis David sic explicatur: licta prima Poenitentia, Erubescite, Confiteor, Cito. Ago poenitentiam, humiliter recipiendo, quod confessarius imponit. Voluntatis. Integre. Progrediar. Peccatum.

Curvatus sum usque in finem. Pl. 37. 7. Hoc dicens, velut affectum ipsum, & animum, poenitentis exponit dicens: ex quo peccavi, nunquam rursi, nunquam lætatus sum, nunquam nihili ipsi aliquid jucunditatis indulsi; sed semper in moerore fui, semper in poenitentia, semper in luctu. Orig. hom. 1. hic.

Peccatum meum contra me est semper. Pl. 50. 5. Lapsus est David semel, semper flevit: hæc enim poenitentia vis est, qua hominem ita a se rapit; ut unam tantum meditetur, & molatur, sceleris ultionem. Oliva l. 5. Strom. 5. Peccatum meum.

Nititur subvertetur. Jon. 3. 4. 5. Mirabile; immo miserabile est: Ninivitar, ad duo verba Jonæ, induerunt se sacco: & tota die verberant aures nostras sacra verba; & tamen non moventur. Hugo Card. in Gen. 9.

In se revertens. Luc. 15. 17. Extrase iverat, qui ad se revertebat. Redite pravitate peccatores ad cor. Il. 46. 8. Redit ad cor, qui per compunctionem male actorum in seipso reviviscit, & discuit conscientiam suam: quia propria voluntate sua, ac quo perversa, recessit a Deo; & poenam, quam justè meretur, agnovit. Sim. Cals l. 8. c. 40.

Surgens, & ibo ad patrem meum. Ib. v. 18. Qua spe? qua fiducia? qua confidentia? Qua spe? illa, qua Pater est: ego perdidit, quod erat filii; ille, quod patris est, non amisit. Apud patrem non intercedit extraneus: intras est in patris peccatore, ipse, qui intervenit, & exorat affectus. S. Chrysol. l. 2.

S. XIX.

Poenitentia motiva varia.

Ex Veteri.

Ut det generibus poenitentiam. Eccl. 44. 16. Rabanus, & alii legunt: Sapientiam: vera enim peccatoris Sapientia, est poenitentia. Cornelius hic.

Planta pedis, nique ad verticem, non est in eo sanitas. Il. 1. 6. Tanta ulcerum commemorata feditate, nulla tamen de icalpro, mentio: Unguenti meminit: balsamum, & olei. Arguebatur a famulis suis Naaman, quod periculum facere recuset imperati ab Elifao lavari. 4. Reg. 5. 13. Et tantum grandævum d. visse tibi propheta, curi facere debueras. Et stramon nudari princeps jubebatur, mergique septies perfrigida, & absente Elifao. Tibi Christus adest: qui, ne mergare in stagnum ignis ardentes, jubet, te tuam solium fassidie fariem; & piget expiari. Alabastro opus est, non camino; mentia est, non lamina, poenitentia. Et cunctaris? & non evolas? Audi Ezech. 24. 12. 13. Non exivit de ea nimis rubigo ejus, immunditia tua excrabit; quia inundare te volui, & noluisse. Oliva fer. 5. D. Pals.

Candidiores Nazarai ejus nive. Th. 4. 7. Anima se jure deplorat; que fuit prius, per fontem Baptismi, nive candidius dealbata; & per infusionem S. Spiritus, auro pulchris colorata: nunc vero, aut heresi est infecta; aut vitis, & sceleribus obfucata. S. Paschasius hic.

Ex Novo.

Jam enim securus ad radicem arborum posita est. Matth. 3. 10. id est, de proximo imminet vobis interitus mortis, atque æternæ damnationis; nisi poenitentiam dignam egeritis: sicut arbori propinqua instat ruina, quando securus applicatur radicibus arborem amputet, funditque evellat. Dion. Carth. hic.

Jesus dulcis est in deserto ad spiritum. Matt. 4. 1. Marci 1. 12. Spiritus expulsi eum: agebatur à spiritu in desertum. Luc. 4. 1. In quo significatur: quod ad desertum poenitentia venit tripliditer. Scilicet timore feveritatis, cuius est, expellere à malo ad bonum. Timor Domini expellit peccatum. Eccl. 1. 27. Splendore veritatis; cuius est ducere. Amore bonitatis; cuius est agere. Quinqueque spiritus Dei aguntur. Rom. 8. 14. S. Bonaventura in Luc. 4.

Exiit primo mane. Matth. 20. 1. Nulla enim non ætas hominum apta conversioni. Prudentissimè prima hora, id est, in pueritia, ad propriæ vineæ culturam properabis: quia præcoces fructus expetit, qui ait. Senio parvulari venie ad me. Matth. 19. 14. At, si pueritiam possedit otiositas, adolescentia lagonem accipiat. Flores ætatis immaturos, & acidus, fructus parturire? virilis ætas maturos exponat. Maturi, ais, fructus maturam decent ætatem: saltem ergo in fenestrate ad operationem vineæ perge. An putas, patremfamilias circa undecimam horam extitum fuisse; si incepta ad conversionem vel decepit ætatis infirmitas? De Quibus in vineam meam. Strabus: q. d. vel in in ultimis respicite. S. Fulgentius ep. 7. cap. 10.

Si aliquam ætatem judicaret Dominus conversionis remedium inceptam; non diversis temporibus operarios vocaret ad vineam: in diversitate enim horarum accipitur votum diversitas. Id. e. 9. Semper Deus delectatur conversione nostra: nec tempus hujusmodi, quando in hac vita est, posuit: quo propitius non possit converso. S. Chrysol. hom. 2. in Pl. 50. Occidit? poenitere: vulneratus es? adhibe tibi curam, dum vivis, dum spiras; etiam in ipso lecto positus, etiam si dici possis examinatus. Non impeditur temporis angustia misericordia Dei. Ecob. t. 6. Par. Chr. l. 9. Suct. Obs. 1.

Amice, quomodo hic intrasti, non habens vestem nuptialem? Ligatis manibus. Matth. 22. 12. 13. Cui rex tam iratus, præsertim cum servi tam celeriter adesse coegerunt, quos invitabant; ut curandi vestitus honestior non permitteret otium? Respondit Euthymius: in corruptibilibus nuptis respondere quisquam possit; quod digna flos, difficilis inventu foret: in his autem incorruptibilibus nuptis oblata est omnis occasio: in proximo nanque est ornatus, ac inventu facilis; si modo illum verè quaesiveris. Juste itaque illum ejicit, qui ornatus non erat, tanquam segnem, & negligentem. Did. Nyfl. D. 3. Palsch. §. 5.

Memor esto, unde exideris. Apoc. 2. 5. Nihil est, quod tam summo dolori fit, quam sinuquique positus sub captivitate peccati recorderis; unde lapsus sit eod quod ad corporea atque terrena, ab illa speciosa divine cognitionis intentione deflexerit. S. Ambros. l. 2. de poenit. c. 11.

Ex Patribus, & aliis.

Poeniteat amasse, quæ Deus non amat: quando nè nos quidem ipsi servulis nostris ea, quibus offendimur, non odisse permittimus. Tertull. l. de poenit. c. 3.

Inquinati, post aquas salutis, renascamur ex lacrymis. Itaque sicut modo genis infantes lac conspiciat. 1. Petri 2. 2. Redite parvuli filii ad sinum Matris vestre, æternæ sapientie; fugite larga ubera pietatis Dei: tranfacta plangite, immanenti vitate. S. Gregor. hom. 25. in Evang.

Proh nefas! orbis terrarum ruit! in nobis peccata non ruunt. S. Hieronymus ep. 12. ad Gaudentium. Dieis, perfectam non possum agere poenitentiam. Si non potes fol fieri, fias stella. S. Chrysol. hom. 22. ad pop. Antioch.

Florida est rosa; sed nihil tristitiam inducit: quotiescunque enim video florem, peccati mei recordor; ob quod terra ad spinas, & tribulos ferendos, damnata est. S. Basilus l. de parad. Festivitas pulchra est, & divina; poenitentia cum lacrymis. S. Ephrem de Iestis dieb.

Cuncta series veteris, & novi Testamenti, poenitentiam pro peccatis agendam; quod est, lamentari; regnum coeleste querendum, ubi est carmen; & fletus infernalis, ubi est vix: pramonet esse fugiendos. S. Ruperus. l. 4. de operibus. Spir. S. C. 13. Parcite, oblecto, fratres, parcite animabus vestris; parcite sanguini, qui pro vobis effusus est. Horrendum cavete periculum; ignem, qui paratus est, declinate. S. Bernardus ser. de coarctatione ad Clericos c. 30.

De

De mea misera vita fuscipe obscuro irredimium annorum meorum: pro his vero, quos videndo perdidit, quia perdidit vixi, cor contritum, & humiliatum Deus non despicias. Id. l. 20. in Cant.

Si Joannes, qui ex utero sanctus, tam asperam poenitentiam faciebat; quid facere debent peccatores impij peccatis omnibus pleni? S. Bonav. l. 2. de S. Joan. Bapt.

Ubi est poenitentia? quis hodie dolet, si Deum offendit? Vere plus dolet, si animam perdidit: quia, animo perduto, mox eum quaerit; sed Deo perduto, & per tempora longissima, non requirit. Idem l. 2. de S. Agnete V. M.

Duo maxime sunt recogitanda animæ, quæ vult veraciter poenitere: primum est, beneficia recepta; secundum mala commissa. S. Bernardus l. 15. de vera Conf. Art. 1.

Peccavimus fratres: aut poenitentium, aut ardentium. Quanto melius modicum poenitere; quam perpetuo ardere. S. Thom. Vill. conc. 1. de Judicio.

Sumus homines, & non demones: ergo aliquando mala commissa plangenda, & non continuo peccata augenda. Julianus conc. 11.

S. XX.

Poenitentia matura, velox.

Num. I.

Symbola, & Similitudines.

Versa est in sartum salis. Gen. 19. 26. id est, vix respexit; imò actu respiciens obrigit in lapidem salis. Mirum, tam citò puniunt à Deo; cum tamen alias supplicia in longum tempus protrahat: ut fecit sodomitis ipsis sceleratissimis, & Leth uxorem, minus peccantem, sine mora punivit; ne quis felicitate putet, differti tuto posse poenitentiam; cum sepe supplicium peccatum ipsum propè committeret. Scilicet omnibus hominibus, quæcumque ratione peccantibus, five magis, five minus, incertum est tempus poenitentia: atque ideo nemo differat, ut intercipiatur morte, & debito supplicio. Pinna Eth. 234.

Excelsioris populus, & transiit. Jos. 4. 10. Ut excelsior erat Jordanis alveus, commodaque in terram promotionis, transeundum dabatur occasio. Multæ nobis dantur in cœlum promissum transeundi occasiones: festinemus, & transeamus. Barradius t. 2. l. 4. c. 14. Dom. 20. Pent.

Excelsioris alveus ad Job & ait: nam usque ad interitum tuus mureo deleviet. Et ait Job: vixi Dominus, si locutus fuisset, manè recessisset populus perloquens fratrem suum. 2. Reg. 2. 26. q. d. Serb lapsuisti: jactam est alea. Tempus hoc non in tuo modum, sed pernicem iniunendum. Ita loquitur Deus ad peccatores contra se tota die bellantem; vesperæ mortis ad eo petit inducias. Incerto Auth.

Surge, propera. Cant. 2. 13. Surge à peccato ad iustitiam; propera quia mora periculosa est. Flores apparatus in terra nostra: flores citò corrumpuntur. Hugo Card. hic.

Etia mea modo defuncta est. Matth. 9. 28. Prudens princeps, qui mortuum filiam quatuordecim esse non expectavit, sed mox currit à Domino ad vitam revocari. Si peccato anima moriatur, non differenda cura revocetur. S. Chrysol. l. 34. modo filia mea defuncta est, modo, id est, adhuc vitæ manet calor, adhuc animæ vestigia videtur. Facile fax flammam refumit; si, postquam exincta est, dum adhuc calidum sinum exhalat, ignem admoveas. Escobar tom. 1. Mir. Chr. p. 4. Obs. 3.

Qui prior descendisset, sanus se habet. Joan. 5. 4. Ad motum piscinæ probatice, qui prior descendisset, unus tantum curabatur. In hoc, quod unus, & primus sanatur; commendatur nobis duo in poenitentia: strenuitas, & unitas: ut homo sit strenuus in se; & velox: & unus; id est, concors ad alios. Eccl. 31. 27. in omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Hugo Card. hic.

Num. II.

Exempla Poenitentia matura.

Et cum audissent vocem Domini Dei deambulanti in paradiso ad avaram post meridiem, abscondit se Adam, & uxor ejus. Gen. 3. 8. Cur eodem die, & prius, quam fol occubuisse, adventi Dominus; ut Adam de patratore sceleris argueret? cur non vel in diem alterum objurgationem suspendit? Quia novit, quantum periculi habeat procrastinatio remedii post perpetrationem peccati. Did. Nyfl. D. 23. Pent. §. 2.

Adhuc quadragesima dies, & Ninive subvertetur. Joan. 3. 4. Et Ninivitar, habentes tot dies superfluos vitæ, statim egerunt poenitentiam, diem sequentem non expectantes. Tu eorum exemplum cur non sequeris, cum nec de una horalis certus? Stella de cont. p. 1. c. 96.

U cognovit. Luc. 7. 37. Nota diligentiam: non interposuit moras, non reservavit poenitentiam ad finem vitæ Cæsaricus Arelat. hom. 7. nec ipse se reservavit, ut in fine vitæ poenitentiam. R. P. Spanner Poly. Tom. II.

tiam agere; sed dum adhuc poterat peccare; sic voluit peccata deferere; ut illam de adulteris suis, non impossibilitas subtraheret, sed voluntas. Sylveira hic.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 42. Cum enim hodie vocem meam audisti, & non obturasti cor tuum; celeriter tibi gratificor: tu hodie obedisti fideli; hodie quoque tibi Salus. S. Cyrillus Jerof. Catech. 12.

Reliquit ergo hybriam suam. Joan. 4. 28. Non promittit Christo, se ad meliorem frugem recepturam; sed factò ipsam vitam mutat. Anselmus: nota facilitatem, seu agilitatem, peccatricis foemine ad poenitentiam; & duriciem, & procrastinationem nostram. Escobar tom. 3. Coll. Chr. p. 1. sect. 2. Obs. 4.

Num. III.

Motiva ex Veteri.

Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum. Pl. 49. 22. Studiosè, inquit, unumquodque ex his, quæ dicta sunt, intelligite. Et vos, qui Deum oblitiscimini (oblivio enim Dei conciliatrix peccati est) poenitentia medicamentis vulnera curate, antequam mors rapiat, quæ quidem leonis more in homines grassatur; cum res nulla vehementem illius impetum cohibere possit. B. Theodoretus hic.

Hodie si vocem ejus audieritis. Pl. 94. 8. Utilis namque, & multo salubrius est; hodie audire eum consulentem, admonentem, docentem, & ut multum arguentem, increpantem, corripientem: quàm in die illa tam amara, tam lugubri, tam tenebrosa; audire illum judicantem, indignantem, ulciscentem, savientem, condemnantem. S. Bernardus l. de verbis Abac. sup. custodiam meam stambo.

Septies cadet justus, & resurgit. Prov. 24. 16.

Ex Novo.

Exiit primo mane. Matth. 20. 1. Periculofus error; tunc vel le edori vitæ culturam; quando fiendus labor ad decorum diem. Exiit primo mane, pervigilant, solem prævenit; ut doceat, quam diligenter tractandum negotium salutis, tempestive res componenda. Omnis enim in hoc periculosa circumstantio: vita brevis; occasiones, & tentationes valde, pericula gravia, hostis vaferimus. Did. Nyfl. D. Sept. §. 2.

Manè estur Dominus, & ante tempus fuit fructus requirit: qui enim prevent in maturitate, & citò vix per tempus licet, jam virtutis præfere fructus; si sine atigie punctum divini gustus. Bæza t. 2. l. 1. c. 8. §. 2.

Postquam consummati sunt dies illi. Luc. 2. 21. Christus octavam diem à Nativitate sua vix expectat, ut suum tibi sanguinem impendere incipiat: ut post, non dico, 60 dies, sed nec post octoginta menses, imò & octoginta annos, so lam non rependis voluntatem. Ille vix natus sanguinem tibi effudit: tu jam moriturus voluntatem tuam non refundis. Bonus profecto Jesus, qui etiam in quarta vigilia venientem servum suscipit poenitentem; dedisti robur annorum juveniliam hosti Christi? Christo saltem misericorditer expectanti infirmam tribue voluntatem. S. Bernardus tr. de Pals. c. 2.

Permitte mihi primam resuatiare bis, quæ domi sunt. Luc. 9. 61. Summa vitæ humanæ incertitudo nec minimam morulam admittit: quo tardes ad Deum venire. Quid agis homo? Deum sequi vis; & prius domum abis? Unde scis, an revertendi tempus aderit? vis domesticus res disponere: habesne diem crastinum? Mat. 38. 1. Ezechias jubetur domi disponere propter infantem mortem: ille autem, domum oblitus, hoc agit, ut Deum oret. v. 3. Bæza t. 2. l. 6. c. 4. §. 7.

Hic fieri incipientibus. Luc. 21. 28. Hoc est, statim post delictum respiciamus ad poenitentiam: nam ipse peccati actus signum est iudicii. Escobar t. 5. Par. Chr. l. 1. sect. 2. Obs. 1.

Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Luc. 7. 33. Dives in misericordiis Dominus peccatoribus promittit vel modicum tempus: pretiosa enim temporis particula ad conversionem; Pena illud adhuc: cur illo modico tempore, quo adhuc donatis, ad conversionem non uteris? Proh dolor! Adhuc illi misericordis Dei addis adhuc impententia, & pertinacia tua. In omnibus his peccatoribus adhuc. Pl. 77. 32. Escobar t. 2. Per. Chr. l. 6. sect. 1. Obs. 7.

In momento, in ultionibus. 1. Cor. 15. 52. Resurrectionem corporum differt Deus in extremum Mundi diem; resurrectionem vero animarum nec puncto quidem temporis differi vult. Si poenitentiam peccator agit, statim Deo excitante resurgit. Resurrectioni animarum unam tantam diem tribuit; resurrectioni corporum totum tempus tribuit, quo Mundus stat. Reddet autem resurrectio corporis maxime ex resurrectione animæ: si anima ante mortem non resurgit, resurgit quomodo corpus; sed ut torquetur æternam. Barradius t. 4. l. 8. c. 5.

Ece nunc tempus acceptabile. 2. Cor. 6. 2.

Antonius M. tesse S. Hieron. suos ad virtutem exhortatus, jugi meditatione, aiebat, retinendum esse illud Eph. 4. 20. Sed uno occidat super iracundiam vestram: neque tantum super ita-

S. 4.

con.

cundiam, solcm occidere non debere; sed super peccata alia omnia. Joan. Alex. &c. Sol ad occasum est; ita quisquis peccati mortalis confici sibi est, vesperi revolvat. Sol ad occasum tendit; foris & vita tua; atque, sic hac nocte moriaris, quod non rarum est; in qua te futurum putas æternitate? diavorum? an damnatorum: Quotquot corpori sunt, non dicam sensus, sed & potentia; tot & mortis sunt fenestæ, per quas irrepit, & jugulet. Nefcio, ait Job 31. 22. quantum subhsiam, & si post medicum tollat me salus meus &c. Drexelius de Ætern. Conf. 7. §. 3.

Ex Patribus.

Qui pœnitenti veniam sponddit, peccanti diem crastinum non promittit. S. Greg. hom. 12. in Matth. 25.

Qui malus fuit heri, bonus fit hodie. Malus fuit heri, & non est mortuus: si mortuus esset, & malus esset; isset, unde non redisset. Profit illi, quod vivit; non malè vivat. Quare ergo diei hesterni hodiernum vulcaddere malum? quis longum ferat malum vel pradium. S. August. hom. 25. ex 50.

Quia antiquorum morborum difficilis, & tarda, curatio est; tantò velociùs adhibeantur remedia, quantò recentiora sunt vulnera. S. Leo f. 1. de Resurr. Dom.

Osio tibi aperto, ingredi, unde es egressus; & nè tardes: nè, si forte mors incidit, ea tibi obstruat aditum. Caput jam canescit, propè est astas vitæ: in nosfortè falsacuratur; & timeo, nè, nobis dormientibus, & in vana spe occupatis, repente accedat melior terribilis. S. Greg. Nyll. Orat. contra diferentes Baptisimum.

Postquam in domo aliqua parum stupæ accensum viderimus, conturbamur, & tumultum movemus: non enim attendimus initium, sed finem; sed ex initio finem considerantes, movemur, & concurimus: ut totum campum extinguamus. Hoc igne vehementius animam excidit vitium; oportet itaque prænire: nam, si fuerimus negligentes, id correctu evadet difficilis. S. Chryf. in Pl. 26.

Currite ad medicum, cum peccatis; nè, cum velitis, non possitis. Id. in Pl. 26.

Peccatum, si ad animam tuam divertit, hospes fit, non incola: quia justis illic peccatum expellunt, & ad statum gratiæ redeunt. Id. hom. 12. in 1. ad Corinth.

Ecce ostium pœnitentiæ apertum est; festina peccator, priusquam illud occludatur. S. Ephrem de pœnit.

Sic pœnitentiã agas, quasi de vita desperas; ut per mortem corporis anime mortem extermines. Id. ib.

Currat pœnitentia, sententia nè præcurrat: quia Dominus, quod non venit adhuc, quod expectat, quod moras facit; nos sibi redire desiderat, non perire. S. Chryf. f. 167.

Stylo ferreo, & ungue adamantino, scribendum; quod tempus pœnitentiæ concessum est: tempus breve, & est tempus infabile, & est tempus irrevocabile: & quia breve; ideo ut liter expendendum. S. Bonavent. f. 44.

Quis moraretur in culpa, qui non est certus de die crastina, in Regni. concientia.

§. XXII.

Pœnitentia fera, procrastinata.

Ex Veteri.

Quis respondit, cras. Ex. 8. 10. Ad Pharaonem Moyses: consue mibi, quando desprec pro te, & pro servis tuis, & pro populo tuo; ut abigatur rana. Cum debuisset in tanta postus necessitate rogare, ut jam oraret, nec differret; respondit, crastina die. S. Ambros. hexam. l. 1. de Cain & Abel c. 9. Noli desperare; promissa est indulgentia tibi. Deo gratias, inquit, quia promissa est; teneo promissum Dei. Ergo jam bene vive. Cras, inquit, bene vivam, Indulgentiam tibi Deus promittit; crastinum diem tibi nemo promittit. Si malè vixisti, bene vive jam hodie. S. August. in Pl. 101. Fratres, non tardetis converti ad Dominum: sunt enim qui præparant conversionem, & differunt; & fit in illis vox corvina, cras, cras, Corvus, de arca misus, non reversus. Non querit Deus dilationem in voce corvina: sed confessionem in gemitu columbino reversa est. Quam diu cras? cras? Observa ultimum cras: quia ignoras, quod sit ultimum cras. Sufficit, quod vixisti usque ad hodiernum peccator. Id. in Pl. 102. Noli dicere, cras me convertam; cras Deo placebo: & omnia hodierna, & hesternana, dimittuntur mihi. Verum quidem dicis: quia Deus conversioni tue indulgentiam promittit; sed dilationi tue diem crastinum non promittit. Id. in Plal. 124. Ipsa res est, quæ multos occidit, cum dicunt: cras, cras, & subito ostium clauditur. Remanet foris cum voce corvina; quia non habuit gemitum columbinum. Id. f. 16. de Verb. Dom. Corvus est, qui procrastinat conversionem suam ad Deum. Hugo Card. in Lev. 11. 25.

Accedatque mand' singulis per tribus vestras. Jof. 7. 14. Abulc. q. 42. hic: queret aliquis circa Achan, cum audivit, quod

Deus dixerat esse anathema in Israel; & quod sequenti die erat declarandum; eratque sibi futurum hujus sceleris; quare non fugit? Resp. quia in futurum videbat differri, quod statim facillè potuisset inquiri. Quamquam, inquit, audivit verba de declarando peccatore, non credit futurum. Naxera in Jof. 7. §. 30.

Quo te, ut hodie hic maneat. In Judic. 19. 6. Hæc est vox diaboli, semper pœnitentiam procrastinantis. Facit cogitare hominem: adhuc poteris parum expectare, & postea facere pœnitentiam. Hugo Card. hic.

Et annos tuos, id est, tempus tibi datum ad pœnitentiam, ne des evadeli. Prov. 5. 9. id est, diabolo, demorando in peccatis. Hugo Car. hic.

Ex Novo.

Suicide illum; ut quid etiam terram occupat? Luc. 13. 7. &c. Vinæ cultor rogat: Domine, dimitte illum & hoc anno: & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. S. August. f. 31. de Verb. Dom. in futurum succides eam, quando? scilicet cum in Judicio venies judicare vivos, & mortuos; interim modo paritur. Verum unde Augustinus colligit misum in sequentem annum excidium, usque ad extremi Judicii spatia prorogandum: quia quod statim fieri oportuè poterat, in ulterior tempus reservatur. Naxera in Jof. 7. Parag. 30.

O stultis, & tardi corde. Luc. 24. 25. Abjicienda est tarditas, quæ vitium non festinat expellere, nec nititur adhibere virtutem. Vituperanda mos ad expediens, ubi mos, nec sua molimina tardat, & natura tempore, ac vita prope procedit in finem; & nihil sinit in rebus, quod, suis legibus à Deo postis, velocitate non pergat. Sim. Cass. l. 14. hic.

Quæris me, & non invenis. Joan. 7. 34. Quam Christo carebit? totque mala incurrit? Non qui querunt Christum, sed qui querunt. Licet Christum amplectari; & te piget amplectum; Salus non occurrit tui, qui eam quaeritis sunt; sed iis; obviat procella, qui eam quaeritis. Oliva f. 2. Pals.

Ego vado, & quaeritis me &c. Joan. 8. 21. Ille Christum non querit, qui salutem anime suæ per pœnitentiam non querit. Quærit Dominum, dum invenis potest: qui misericordem, dum habet, non querit; invenit eum iratum. V. Be-da hic.

Arbores autumnales, infructuosa, bis mortuis. Judic. v. 12. Sic vocat peccatores pigros, & lentos; qui de salute sua nullam curam habent. Sicut enim arbores, quæ in autumno ferre incipiunt, cum ceteræ jam maturos fructus ferunt, ferè veniunt, & rarissime maturefcunt, propter frigus superveniens; sic fera pœnitentia raro vera. Diez fer. 5. in Coena Dom.

Ex Patribus, & aliis.

Quid in crastinum differis? potes & hodiernum diem lucrari. Cavendum est etiam, nè & illum non teneas, & hunc amittas. Non exiguum detrimentum est vel unus horæ. Et una hora totius vitæ portio est. S. Ambros. op. 82.

Ista est peccati poena justissima: ut, qui rectè facere, cum possit, renuit; amittat posse, cum velit. S. Aug. l. 13. de lib. arbit. c. 18.

Væ nobis! qui tam diu dissimulavimus, & negleximus, quaerere vitam; quaerere eum, qui bonus est quaerentibus; anime speranti in se. S. Bernardus f. 2. exhortatorio ad FF. de altitudine & lassit cordis. Obsecro te, charissime pater, per omnipotentem JESUM, per sanctos Angelos ejus, per thronum Majestatis ejus igneam; in quo judicaturus est vivos, & mortuos: nè temetipsum decipias, nè ulterius differas, nè salutis tue remedium, de die in diem procrastinando, animam tuam seducas: sed intra citò, dum licet, in portum conversionis; nè te tardantem repentini opprimant casus; nè te inopinatè mortis absorbeat fluxus; & æstuantis gehennæ deglutiat barathrum. B. Petr. Dam. l. 4. ep. 4. ad Episcopum Auximanum.

Cum caput cum omnibus sensibus agitur in sensibus, quasi agitatione capitis contiando insinuat de vita præsentis recessum; vel, si malè vixerint, quasi capite negant, se non posse tunc facillè emendare. At si bene; jam non facillè à bonis moribus declinat. S. Bernardus f. 6. de calamitatibus senectutis. Qualificatus vitis adolecens vinum clarè juventus propinavit dæmoni; Deo autem seniles reservavit foeces. Redolentem & rubentem rosam portavit in manibus & olefic sedules; putentem verò applicavit manibus Christi. Sim. Cass. l. 8. c. 3.

§. XXII.

Pœnitentia in morte.

Ex Veteri.

Fugiamus Israellem; Dominus enim pugnat pro eis. Ex. 14. 25. Cum fluctibus obruerentur, & nulla esset spes salutis, tunc dixerunt, fugiamus. O homines stultos, qui sapius admoniti acquiescere noluerunt: in ultimis vitæ peccata fugere cupiunt. Pinna Ethol. 174.

Inter ceteras aves, quas Deus olim, ut immundas, ab altari suo rejiciebat, erat cygnus. Levit. 11. 18. cujus ratio esse videtur; quod non nisi moriens cantet; reliquo tempore mutus, & quasi in otio stertat. Illi à DEO Ignororum instar reprobandi, qui ætatis florem Deo non consecrant; omnemque cantum, vitæ, inquam, emendationem, otiosi in senium, & mortis tempore differunt. Beffes D. 1. post Epiph.

Ille (Abolone) suspensio inter caelum, & terram, mulus, cui insulatus, potrahsit. 2. Reg. 18. 19. Abulenti hic qu. 12. notat: multa acciderunt Aboloni hic, à quibus posse liberari videbatur. Nam potuisset tenere equum, nè introivisset subter quercum ranosam; & etiam, postquam introivit, & alligati sunt capilli ejus, poterat ipse tenens mulum silvere illos & fugere. Poterat abcedente mulo, capillos amputare. Vel si non habebat gladium, poterat, manibus tenens arborem, illos solve, vel rumpere; sed nihil horum fecit. Curn non fecit? quia inopinatè in vitæ periculum adductus, & trepidans; non potuit in illa improvisa perturbatione deliberare de remedio. Nunc, si Aboloni tam præsens, ut facillè poterat, non occurrit remedium, quomodo tu, o cœcè, miser peccator vitam, & conscientiam, tam longis annis, ac multis modis intricatam; implicatamque evolvas? cum te in illa hora suprema tam justis timoribus undique videbis impugnari. Did. Nyll. f. 5. D. 5. Quad. §. 2.

Date Domino Deo vestro gloriam, antequam tenebreferat. Jer. 13. 16. Tropol, ante diem mortis, & Judicii, nè offendant pedes vestros ad montes caliginosos, id est, dæmones; agamus hic pœnitentiam, ad Hieron. tunc enim nullus dabit precem, laudem, & gloriam Deo. Qui enim in tempore mortis procrastinant pœnitentiam, quasi tunc vitam salutis initiuri; perinde faciunt, atque qui noctu in tenebris, pro loca obscura, dubia, prærupta, & latronibus circumfesta, proficisci festinant. Cornelius hic.

Ex Novo.

Circum undecimam veteri equit &c. Matth. 20. 6. Dominus hora 12. nullum vocavit ad vineam.

Orate, ut non fiat sabbatum vestra hyeme. Matt. 24. 20. Quæ ultima pars anni; aut sabbato, quod ultima hebdomadæ dies. Pinna Ethol. 174.

Date nobis de oleo vestro. Matth. 25. 8. Tunc primùm Virgines fatue de esse sibi oleum cognoverunt; cum adveniret sponsus. Scilicet tunc demum, quantum sibi faciendum superstit, quam fit utilis pœnitentia homines agnoscent, cum mors imminet; cum occasio calva. Id. Ethol. 43.

Ut cognovistis. Luc. 7. 37. Genus quoddam desperationis est, differre pœnitentiam in finem vitæ. Did. Nyll. f. 4. D. 5. Quad. §. 2.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 43. Nihil magis spectum, quam sera, sub mortis horam pœnitentia: angores enim, quos peccator in extremo illo discrimine patitur, magis oriuntur à futuris poenis, quas pertimet; quam à præteritis culpis, quas patravit. Did. Nyll. f. de convers. latronis §. 6.

Quid faciam. Luc. 16. 3. Ait intrà se, quid faciam modò? semper homo bona facere tunc cupit, quando mors facienti tempus ademit. S. Chrysol. f. 125.

Obsecro vos, - ut exhibitis corpora vestra hostiam viventem. Rom. 12. 1. Vivam offert, qui adhuc sanus, ac vegetus corporis voluptates frenat; ille mortuum, qui multa ætate effectum Deo corpus suum offert. Pinna Ethol. 45.

Ex Patribus.

Sulti sunt, qui expectant pœnitentiam agere, quando non possunt de ea aliquid cogitare. Anima enim nostra hujusmodi est, ut principaliter ad unum fit; & dum uno aliquo intense affectu; reliqua minis movent. Quare fit ut minus de peccato dolore possit, dum sensibili dolore pulsatur in carne. S. Bonav. l. 30. Dom. infra oct. Epiph.

§. XXIII.

Pœnitentiam post mortem sterilis.

Symbola.

Ex Veteri.

Non est in loco nostro consuetudo, ut minores ante gradum ad nuptias. Gen. 29. 26. Duas filias habet Deus; scilicet duas Ecclesias: triumphantem, quæ est pulchra Rachel; sed sterilis est, quia ibi merendi locus non est; alteram militantem, sippam Liam: quia nihil hic rerum Divinarum, & spiritalium, videmus; sed tantum credimus; est tamen fecunda; & plurimos parit filios. Præsertim nubere debemus, id est, in Fide vivere; tunc Rachaele fruemur. Diez conc. 3. in festo S. Thomæ.

Septem boves pulchra, & septem spica plena &c. Gen. 41. 26. &c. Septem præcedentes anni fertiles, tempus vitæ pretiosis: quibus aded Deus implet terram misericordia; ut copia ejus neque exhausturi. Palm. 118. 64. misericordia tua Domine plena est terra. Sed postea tanta erit egestas, ut neque pretio, neque dono, reperienda sit. De Rampelgis. Misericordia Dei. Joseph sapientissimus habitus est, quod consilium Pharaoni suggessisset, ut fertilitatis tempore omnia regni horrea frumento compleret, quod tempore sterilitatis usui forent. Ipse Rex eum laudavit. Num invenire poterimus valem virum, qui Spiritu Dei plenus est? v. 38. Et sane plenus ille Spiritu Dei dicitur est; qui sibi ipsi præter se consiliis interca, dum magna apparet in Mundo fertilitas, terraque misericordia repleta est. De virtutibus, bonisque operibus: ut iidem, dum maxime opus habuerit, in tempore angusto & gratiorumque infedia; in qua de sola justitia agetur, utatur. Beffes D. 8. Pent.

Sexto die parent, quod inferant. Ex. 16. 5. Sex diebus vitæ nostræ cibaria comparanda sunt in septimum diem æternitatis ut iidem in æterna quiete coelesti vivamus. Ita Oig. Rupert. &c. apud Cornelium hic. Est pasceve women Græcum, & interpretatur preparatio. Unde sextam necessariam sic appellabant. Judæi, quia ea, quæ Sabbato erant necessaria, præparabant. Pasceve vitam præsentem significat; in qua preparari debent necessaria vitæ futuræ. Hugo Card. in Marci 45. Eadem similitudo educta die. Levit. 7. 16. Eodem die hujus vitæ consummanda; & peragenda, omnia Fidei, & bonorum operum sacrificia; nihilque in tertium Resurrectionis, & æternitatis servandum. Quidquid tertius dies invenit, ignis absumet. Cornelius hic.

Si ceciderit lignum ad Austrum - in quocumque loco ceciderit ibi erit. Eccle. 11. 3. Homines sicut arbores vidit aliquis. Excidit autem arbor in morte; & quocumque ceciderit, ibi erit: quia ibi te judicabit Dominus, ubi invenerit. Ibi, inquam, erit immutabiliter. Videat, quo casura sit, antequam cadat: quia postquam ceciderit, non adiciet, ut resurgat; sed nec ut se vertat. Quò verò casura sit arbor; si scire volueris, ramos ejus attende. Unde major est copia ramorum, & ponderosior; inde casuram non dubites; si tamen fuerit tunc excisa. Rami nostri desideria nostra sunt; quibus ad Austrum extendimur, si spiritalia fuerint; si carnalia, ad aquilonem. S. Bernardus f. 49. ex parvis.

Ex Novo.

Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Matth. 3. 10. Vide autem, quod non ad ramos posita dicitur esse securis, sed ad radices, ut irreparabiliter extirpentur. Auth. Imper. hom. 3. in Matth. ad radicem posita, ut in æternum non revivificat. Cajetanus hic.

Ligatis manibus, & pedibus &c. Matth. 23. 13. id est, operativis ejus virtutibus. In sæculo enim præceteri operari possumus in futuro autem sæculo ligantur omnes virtutes anime operative; & non potest aliquid fieri boni in ablationem peccatorum. Stridor autem dentium pœnitentia est; quæ tunc stultè, & inutiliter fit. Theophylactus hic. Ligatis manibus; nè possit operari ad bonum morale: & pedibus, nè possit affectum habere ad bonum morale. Cajetanus hic.

Quinque faras. Matth. 25. 2. Meritò fatuas: quia, quod eis futurum erat, prævidere nescierunt, illicæ terrenis illis, sed tardè sibi providere voluerunt, quoniam amplius tempus non erat. Simon Cass. l. 6. c. 28.

Dum autem irent emere, venit sponfus, &c. Matth. 25. 10. Non enim post Judicium patet precum, aut meritum, locus. S. August. f. 21. de verb. Dom. S. Hieron. excesserat emendi tempus: nec adveniente die Judicii locus erit pœnitentiæ.

Non poteris viltare. Luc. 16. 2. Quia post hæc vitam non restabit possibilitas ad merendum. Sylveira hic.

Federe non valso. Luc. 16. 2. Gloriosa post hinc vitam non est locus fodiendi compunctio terram anime nostræ ad fecundum fructum. Est tunc enim confusibile mendicare; ut faceret fatuas virgines: indomile, & impossibile. Sylveira hic.

Patet Abraham miserere mei ! Luc. 16. 4. Frustrâ agis pœnitentiam in loco, ubi non est pœnitentiæ locus. Tormenta te cogunt agere pœnitentiam, non mentis affectus. S. Chrysof. hom. de divite.

Descende, priusquam moriatur filius meus. Jo. 4. 49. Quam prudenter hoc petit, antequam moriatur: nam post mortis momentum descendit JESUS ad omnes homines ut Judex severissimus. Secundò, quia post mortem omnia, quæ neglecta, irreparabilia. Bæza t. 2. l. 10. c. 5. §. 3.

Testimonia ex Veteri.

Remitte mihi, ut refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero. Pl. 38. 14. Refrigerari, priusquam abeam, hoc est, antequam hinc proficiscar: si enim hinc recesserimus; non accepta per pœnitentiam refrigeratione; non poterimus eam amplius accipere. Quare? quia non sumus amplius. Non quod ab eo deveniamus, ut non sumus, & ab essentia excidamus; ut nonnulli existimant; sed amplius non ero, hoc est, non possum mutari. S. Chrysof. hic.

Confitemini Domino, quoniam bonus. Pl. 105. 1. Quoniam in isto seculo tantum misericors est. Hic misereri poterit pœnitenti; quia ubi Judex est; non est misericors. Hic porrigit manum eadenti, ubi sedet Judex. S. Hier. hic.

Qui emergat in melle (Chald. qui operatur in estate) filius sapiens est. Prov. 10. 5. Mella, & mella, Symbolum præsentis vite; hærens vero status futuri seculi; ubi nullum est laborandi, & merendi tempus. Cornelius hic.

Quotiescumque facere potest manus tua, insister operare, quia nec aqua, id est operandi, & merendi locus; & tempus; nec ratio. Campensis veritas, nihil cœlesti. Alii nulla computatio, nec sapientia, erant apud inferos. Eccl. 9. 10. Cornelius hic.

Memento paupertatis in tempore abundantia. Eccl. 18. 25. Sic Joseph providit in annis fertilitatis sterilitati future. Gen. 47. Unde Rabanus: ne perdamus ottum nobis concessum: quia venit tempus, quando jam non licet operari: hoc enim hic tempus paupertatis, & diem necessitatis nominat. Hinc Græc. & Syr. hic habent: memento temporis famis in die saturitatis, paupertatis, & egessatis, in diebus arvariarum; juxta illud Eccl. 11. 27. in die bonorum nō immemor sis malorum. Cornelius hic.

Memento novissimorum, noli oblivisci; neque enim est conversio Eccl. 38. 22. Rabanus: nunquam oblivioni tradas novissimæ horæ exitum; sed semper paratus esto: quia postquam hinc exieris; nequaquam ultra huc revertens spatium bene operandi habebis.

Ex Novo.

Ut scitis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; tunc ait paralitico: surge tolle lectum tuum, & c. Matth. 9. 6. Theophylactus, vide, quod super terram remittuntur peccata: quamdiu enim super terram sumus, poterimus delere peccata nostra.

Erant ligata & in caelo. Matth. 18. 18. Salutis negotium in hac vita peragi debet. Nihil in cœlo fit circa hominum salutem: nisi ea, quæ in terris videntur peracta: hinc debet ferre, sive liberationem, sive vincula. Dum Christus è Mundo recessurus erat, in terris cœli claves reliquit: ut scirent homines; quod nisi ex hac vita secum claves ferant, minime poterunt in cœlum introire. Bæza t. 3. l. 14. §. 8.

Ubi vermis coram non moritur, Marti 9. 43. Vermis dicit se ram scelereum pœnitentiam; quæ nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit. V. Beda hic.

Dimittite contritio in remissionem. Luc. 4. 19. Contracti sunt quotum voluntas per peccatum infirmata est ad bonum. Contracta quasi vas contritum. Eccl. 21. 17. Hæc autem contractio est reparabilis, dum hic vivimus; sed irreparabilis efficitur in morte. Il. 30. 14. comminatur, sicut contritur lagena figuli. Eccl. 2. 9. tanquam vas figuli confringit eus. S. Bonav. hic.

Meliansi se, digno scribat in terra. Joan. 8. 6. Peccata Pharisæorum, ut significaret: quam facile iis remitterentur, si veram pœnitentiam agere vellent. Jer. 17. 1. dicit Deus: peccatum Juda scriptum est stylo ferreo. Quæ verba aliqui intelligunt de Judæis jam damnatis q. d. scriptum est indelebiter & irremediabile: quia nullo unquam tempore delebitur. Peccata vero peccatorum, quamdiu in hoc seculo vivunt, sunt quasi characteres in terra descripti, qui facile delentur. Dele igitur illa, dum potes. Diez Sabb. Domin. 3. Quadrag.

Ambulato, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant. Joan. 12. 35. Per lucem vita per tenebras mors, intelligitur. Dum igitur vivimus, & sani sumus; ad pœnitentiam, & satisfactionem curamus; nō; tenebris noctis præventi, velimus & nequeamus. S. Honorius in Quad.

Veni Princeps hujus Mundi, & in me non habet quidquam. Joan. 14. 30. O illum felicem? qui sic debita solvit, ut veniens in morte Mundi princeps in eo non habeat quidquam. Debita habemus omnes; sed solvere illa possumus ex thesauris Domini, per pœnitentiam, & sancta opera. Quia solvunt, ut nihil in eis diabolus reperiat, mox ad Patrem vadunt. Barradius t. 4. l. 4. c. 9. D. Pent.

Ex Patribus, & aliis.

Hic, dum tempus est, quidquid potest anima, agat pro se, ubi locus est misericordie: nam ibi, quod pro se agat, non habebit; quia iustitiz solius locus erit. S. August. l. 3. de Symbolo c. 8.

Triste, ac miserum est; cum nudinæ effluxerint, tum deum negotiationem querere. Miserum est, cum manna præterierit, tum cibum appetere. S. Gregor. Naz. orat. 40. in Baptisma.

Mercaturam hanc vitam existima: si negotiatus fueris, quæsum facies; parva magnis, caduca sempiternis, commutans. Quod si nudinarum tempus tibi fuerit finas; nullum aliud es postea habiturus. Idem in sententia.

Quæ admodum fons neminem ab aqua sua arceat ita gratiæ thesaurus nullum prohibet hominem, cur minus particeps illius reddatur. Modò igitur voluntas accipiendæ gratiæ adfuerit, illico totus thesaurus gratiæ patebit. Hauriæ ex hoc fonte, charissimi, cœlestium donorum rivus, atque fluentia, dum licet. Tempus enim venit, & hora, quando eo habere; ac sitim extinguere, planè nemini licebit. S. Ephrem de timore Dom.

Rapiamus de presenti seculo ferventi devotione, quod possumus. Cito transiunt dies nostri: utinam bene transeat! rapiamus ergo, quod possumus, de hoc seculo. S. Cassianus Arcl. hom. 1.

Quam luctuosa, quam lugubris, est sera, & infructuosa, illa pœnitentia; cum peccatrix anima jam incipiens carnis carcere, quo inclusa tenebatur absolvi, respicit post se, dirigite oculos ante se: Videt post se velut angustissimum, atque brevissimum, stadium vite mortalis æmensium; videt ante se terminabilem longitudinem seculorum. Perpendit quasi momentum temporis celeriter evolasse, quod vixit contemplari proflixitatem temporum instare, quam incipit. B. Pet. Dam. l. 5. ep. 3.

Penitentiam est, cum jam peccatrix anima à vinculis incipit carnis absolvi; quam amaro terrore concutitur, quantis mordacis conscientie stimulis laceratur. Recolit verita, quæ commisit; videt mandata, quæ complecti contempnit. Dolet indulta pœnitentia tempora sese inaniter perdidisse; plorat immobilem districtæ ultionis articulum inevitabiliter innitere. Manere fatigat; ire compellitur; recuperare vult perditam, non auditur. Post terga respiciens totius transactæ vite cursum, velut unum brevissimum deputat itineris passum. Ante se oculos dirigit, & innititæ perennitatis spatia deprehendit. Id. l. 7. ep. 19.

§. XXIV.

Pœnitentia non fit remissa, brevis, tepida &c.

Num. I.

Figura. Symbola.

Ex Veteri.

Utinque extendisset Moyses manum super mare, absulit illud. Dominus stante vento vehementi, & urente rora nolles, & vorit in sicum. Ex. 14. 21. O quam vehementis Spiritus argumentum! nec remansisse limum, nec humorem; inter medios vertices nullum antiqui liquoris speculatur signum. Sic in melius animus transformandus; ut nullatenus extet vestigium vetustatis. Naxera in Jos. 14. §. 45.

Ingressi sunt filii Israel per medium siccæ maris. Ex. 14. 22. Filii Israel, intraturi terram promissionis in desertum, transierunt per mare rubrum: ut per mare noceat amaritudinem pœnitentia, sed per ruborem maris magnitudinem amoris: quia dolor debet procedere ex amore. S. Bonaventura l. 49. Per mare notatur status pœnitentiæ: quia quamvis fit mare valde amarum, & procellosum; nihil tamen retinet sordidum, & immundum; sed omnia proficit extra mare alcum. Sic & pœnitentia: videtur amara; sed per eam proficiunt omnia sordida; & remanet anima tota munda. Id. ib.

Lavare sepius in Jordane. 4. Reg. 5. 10. Lavit, & senio, politico

sito novam juventutem induit. Non cum primùm aquis se immergit sed cum sepius lavat, mundatur. Bæza t. 3. l. 14. c. 10. §. 35.

Non invenerunt ignem, sed aquam crassam. - Urque sol resulsit, accensus est ignis magnus. 2. Machab. 1. 20. 22. O quam resulsit verus sol, dum aqua tranfuit in ignem! Divina coruscet gratia, dum aqua tranfuit in ignem; dum proprium adeò nudavit ingenium; ut induerit profus contrarium. Jam flamma levis, quod unda gravis; jam tendit sursum, quod nuper deorsum: jam ardet, quod antea frigit; splendet, quod obscurum erat. Naxera ante citatus, cum pœnitens bene recordatur peccati, accenditur in eo fervens dilectio Dei. Bene autem dicitur ignis magnus: quia, ubi abundavit delictum, super-abundavit gratia. Rom. 5. 20. Stephanus Cantuar.

Ex Novo, & aliis.

Invenit sepius mundatam. Matth. 12. 44. id est, leviter: ornatum, hoc est, superficialis ornatum. Mundatum perfectum debet cum igne fieri. S. Thom. Aqu. hic.

Prædicans baptismum pœnitentiæ. Luc. 3. 3. Euthymius: dicitur aliqui, quod unumquemque baptizatorum in aquam ad collum usque immisit; deindeque Joannes, quousque peccata confiteretur sua; & post confessionem ascendebat de aqua. Nonne sufficeret levis intinctio ad peccatorum remissionem, sicut in baptismo? Joannis ablutio pœnitentiæ, non baptismum, præsignabat; & ideò non levi lavacro erat perficienda. Ad collum usque immergatur oportet, quia multas gravibus criminibus pœnitentiam vulgare. Egcobar tr. 3. Coll. Chr. l. 4. sect. 2. Obf. 3.

Ut intingat extremum digiti sui in aquam. Luc. 16. 24. Petrus Cell. l. de pan. c. 15. in dicit contemplatur peccatorem, qui tarareo vitorum igne ardet. Parum, inquit petit; & ideò fortè non impetravit parum, inquam, petiit, quia non in aqua stilla, sed in sanguine, flamma hæc infernalis extinguitur. Non enim levi, & momentanea, compunctio gravis culpa detegitur; sed ed usque penetrare debet vis doloris; quousque penetravit iniquitas. Id. ib. Plenam manum, non extremum digitum, in aqua tinctura, expofcat conscientia de gravibus contentis: nec alterius tomen, sed proprio digito. velit movere, & amovere. prænam, quam malè animum movendo sibi admovit. Petrus Cell. l. de panib. c. 25. Tingat digitum in locum clavorum, & mittat manum suam in latus Salvatoris: ut, sicut animam suam pro nobis posuit moriendo ipse Dominus; sic ille conscientiam suam pro te exponat confitendo, & pœnitendo. Id. ib. c. 15.

Infremit Spiritus, & turbavit seipsum. Joan. 11. 33. Ante suam Passionem Lazarum resuscitaturus quatuoriduum, flevit mortuum, infremit Spiritum, & volens turbavit seipsum: ut nobis significaret, quomodo flere, tremere, & turbari, debeamus; cum peccatis mortui eorum nimia mole premimur; si reviviscere desideramus. S. Eligius Novar. hom. 4.

Nisi videro & mittere aquam digitum meum. Joan. 20. 25. Quo lavacro abundata tanta iniquitas? Dominus, expofuit; inser digitem tuum hinc - & asse manum tuam. v. 27. Mundaberis ð Thoma, à crimine, si non solum digiti extremo aque stillam accipere fudeas; sed è pelago profundissimo Desicci sanguinis cures manus impleri ex abundantia compunctioinis. Egcobar ante citatus.

Magna fornax est pœnitentia, charissimi: æs accipit, & illud in aurum commutat; plumbum tollit, & argentum reddit. S. Ephrem de pœnit.

Pœnitentia est renovatio baptismalis: pœnitentia est corporeæ consolationis perpetua, & jugis, repudiatio. Pœnitentia est, seipsum semper condemnans cogitatione, securaque cujusque sui cura. Joan. Clim. gradu 5. de pœnit.

Baptizari iterum non possumus; & tamen vice baptismatis contra quotidiana peccata fontem lacrymarum habemus. Et si sæpius baptizari prohibemur per aquam; nunquam prohibemur per pœnitentiam. Hugo à S. Vict. in Pl. 41.

Num. II.

Exempla Job, & David.

Peccavi! quid faciam tibi? Job 5. 20. S. August. l. de vera, & falsa pœnit. q. d. adeò doleo peccasse, quod non velim contra me te vindicare: quæro enim in me, quid supplicii possum excogitare, quod tibi possit sufficere.

Peccavi! ait Saul 1. Reg. 15. 24. Sed & David idem ait 2. Reg. 12. 13. S. Casar. Arcl. hom. 29. Et Saul dicebat, Peccavi, sed non obtinui illam veniam, quam David una pœnitenti voce promeruit. Et hoc quare? quia confessionem illam quida magis verba, quam veri gemitus, exprimebant: quia non compensabat magnitudinem criminis levis humiliatio supplicantis. Non levi agendum est contritioe, ut debita illa redimatur, quibus mors æterna debetur: nec transito-

ria opus est, satisfactioe pro malis illis, propter quæ paratus est ignis æternus. Bæza t. 2. l. 12. c. 2. §. 2. At illa noluit bibere. 2. Reg. 23. 16. Libet ei bibere, si voluisset; sed quia illicita se fecisse meminerat, laudabiliter & à licitis ablinebat. S. Gregor. l. 9. registri ep. 39. Qui illicita peccata se meminerat, contra semetipsum jam rigidus, etiam à licitis ablinebat. S. Gregor. hom. 34. in Evang.

Laboravi in gemitu meo: lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo. Psal. 6. 7. David una nocte peccavit; & quotidie lacrymat. S. Ephrem de pœnit. Quid faciunt nunc peccatores? peccant noctibus plurimis, offendunt Deum diebus multis; & hora una, unoque momento, volunt expiare peccata, abolere offensas, eradere maculas, compensare tot annorum injurias. Jugibus lacrymis diluendum, quod semel actum male. Did. Nyff. fer. 5. D. 3. Quadr. Non contentus tamen, oculos versific in flumina lacrymarum, ait Pl. 37. 18. quoniam ego in singella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. q. d. Deus meus! si lacrymarum, quas pro dolore immanium scelorum meorum effudi, copia minor est, quam ut eorum scedas maculas diluere queat; ecce me promptum, paratumque; ut, tanquam abjectissimum Mundi mancipium, in dies singulos afflictum cædas. Quid porro addit? Et cogitabo pro peccato meo. Hebr. apud Genebrardum, anxius ero, sollicitus ero pro peccato meo. Hoc est: post tot lacrymas, gemitus, opera pœnalisa; cogitabo anxius, & sollicitus; qua animadvertione præterea, quove supplicio, me plectere, & peccata mea expiare deinceps debeam. Did. Nyff. fer. 2. D. Palm. §. 2.

Laboravi &c. Pl. 6. 7. id est, tam ingenti fletu peccata mea deflevi; ut fatigatus sim. In quo speculo se intueri debent, qui plurima, & gravissima peccata committunt; & vix paucas lacrymas guttas emittere valent; cum remissionem à Deo quarunt. Bellarminus in Pl. 6.

Amplius lava me. Pl. 50. 4. Studiosè debet dilui, qui criminum veneno obfuscatus est. Amplius, id est, usqueaqueque, undique, ab omni parte. Cassiodorus hic.

Et peccatum meum contra me est semper. ib. 5. Lapsus est David fenel; semper flevit: hæc enim pœnitentiæ vis est; quæ hominem ita ad se rapit, ut unam tantum meditetur, & molietur, scelera ultionem. Olyvia l. 5. Strom. §. Et peccatum meum &c.

Cinere, tanquam panem manducabam. Psal. 101. 10. Cinerem novimus exultorum reliquias esse carbonum: quas merito dicimus peccatis comparari: ut ipsa quoque tenuitas delictorum, afflictionum doloribus absunatur. Nam, quamvis exiguum de peccato remaneat, non perducit ad vitam. Merito ergo & ipso cinere peccatorum sanctissimus pœnitens consumare festinat; ne quid esset residuum, quod cum promereri non incineret regna colorum. Cassiodorus hic.

Num. III.

Ex Novo.

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Matth. 3. 8. Est fructus pœnitentiæ dignus, perseverare in operibus pœnitentiæ, nihil contra pœnitentiæ professionem admittere; & facere Deo satis pro peccatis commissis. Cajetanus hic. Dignos fructus pœnitentiæ faci; qui convulsus tanto studio semit veritatis, quanto ante servivit vanitati, & diabolo: ac tam reverenter amat Deum, quam ante amavit carnem, & Mundum; juxta Rom. 6. 19. Sicut exhibuisti &c. Alium pœnitentiæ fructum dignum judico; si virtutis amor prævaleat amor, quem quis habuit in his, quibus antea peccavit; & delectatio bonitatis delectationem nequam exsuperet. Sim. Cass. l. 3. Luc. 3.

Tristis est anima mea usque ad mortem. Matth. 26. 38. In quo, quid pœnitens debebat fecere, demonstratur: debet enim esse tristis usque ad mortem veteris hominis. Hugo Cardinal. hic.

Remittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7. 47. Licet Magdalena abundanter fleverit, pedes lacrymis laverit, capillis terlerit; pedes osculata fuerit, & unxit; tamen illis non attribuit remissio; sed soli dilectioni: quia sine dilectione parum valuissent. Idiora l. 1. de am. Dei. O quot Magdalena pœnitens Domino præstat obsequia! lacrymis pedes abluit, coma tergit, ungit, osculatur. Addit S. Chrysof. hæc quidem agebantur exterius; sed, quæ interiori revolvebat, multò erant his ferventiora. Quid tot affectus? tot obsequia? quæ restauratio gratiæ non sine ingenti labore perficitur. Pœnitentia aptè vocatur tabula post naufragium, quia restauratio gratiæ laboriosior. Qui velitur navigio vento secundo, nulla operatione disturbatur: at qui tabula post naufragium utitur, magno labore afficitur; ut ad litus perveniat. Baptifonus navigium tabula pœnitentiæ. Egcobar t. 3. Coll. Chr. 2. sect. 3. Obf. 10.

Date annulum in manum eius. Luc. 15. 22. Annulus in manu, fides est in operibus. Nec decet conversum peccatorem, cui gratis est indulgum, à pigritia detineri; magis autem operari

rari ardentius, quò sceleratius se sedavit. Calcamenta pedum ex rebus mortuis, non ita humanorum affectum sunt, quibus mortis inlixa memoria, evocantur à turpibus, & ejus metu à malis voluptatibus absterrentur. Sim. Caff. lib. 6. capite 16.

Maria accepit libram unguenti. Joan. 12. 3. Non otiose notata est libra unguenti; ut ostendatur, quam aequalis, & iusta debeat esse satisfactio pro culpis commissis. Baeza t. 2. l. 12. c. 2. §. 2.

Fides tua te salvam fecit. Luc. 7. 50. Vifa est penitens miffissima abfolventis verba non percepisse; nam, quasi Christus illi bellum indixisset, non pacem dedisset, ab eo tempore in sese immisericors fcevit; & atate meliore lugendo consumpta in Bethania, & Calvario, in speluncam Massiliensem sese abdidi: ubi per totos tringinta annos omni martyrii genere se cruciavit. S. Gregor. hom. 33. in Evang. consideravit, quod fecit; & noluit moderari, quid faceret. Oliva t. 2. conc. 2. in festo Imm. Conc.

Ex Patrius, & alii.

Si quem de tuis charis mortalitatis exitu perdidisses, ingemiscere dolenter, & fletus facie inculta, veste mutata, resecto capillo: vultu nubilo, ore dejecto, inditia meroris ostenderes. Animam tuam misera perdidisti; spiritualiter mortua supervivere hic tibi, & ipsa ambulans tunis tuum portare coepisti; & non scriberis plangis? non jugiter ingemiscis? S. Cyprianus de lapsis in fine.

Ne patieris, quòd cum hac semel fecisset, deinceps se quieti tradiderit, & laxamento usus sit; sed hoc assidue fecit per totam vitam: non sicut nos, qui uno die ut plurimum laborantes; atque adeò ne uno quidem, nosipios risui, voluptati, & otio, tradimus. S. Chrylost. in illud Pf. 6. 5. Lavabo per singulas nates. Toro corde debet respiciens penitentiam agere, semperque eundem se exhibere, ut inceptor. S. Ephr. de penit.

Continuanda nobis est Quadragesima cunctis diebus miserere hujus vite; dum per auxilium gratia (quæ in quatuor Evangeliiis commendatur) necesse est nos decalogum legis implere. Errant planè, qui paucissimos dies istos ad penitentiam sufficere credunt: cum certum fit, totum vite hujus tempus non nisi ad penitentiam institutum. S. Bernard. l. 3. in capite jejunii.

Erubescat anima conversa ad Dominam minori affectu sectari justitiam, quam iniquitatem antea sectaretur. Pudeat proinde negligentius nunc in vitam, quam prius in mortem ire, & minori studio salutem acquirere, quam perditionis, augmentum. Id. ep. 341.

Quomodo solet mater super mortuum filium unicum lamentari; sic oportet super unicum animam nostram, criminis gladio intersectam, totum pondus doloris effundi; si forte possit lacrymarum fomentis, calore fidei fuscitari. B. Casar. Arel. hom. 10.

Ad contritionem invitavit Jeremias 6. 26. Inlulum unigeniti fac tibi planctum amarum. Amaro quidem luctum configitur cor mulieris; cum unicum filium perdit: quanto magis homo, qui solum unicum spiritum habet, pro quo alterum nequaquam ponere potest, amaro luctu lacrymari debet: quem utique perdit, cum mortaliter Deum offendit. S. Bernardus t. 1. ser. 12. art. ejusd. serm.

§. XXV.

Penitentia fit constans, sine relapsu.

Per quadraginta annos errat populus in deserto, ut priorem iram non inveniat; ne ad Aegyptios revertatur. In Osee 6. 2. quoque sepuntur semitæ Jerusalem, & clauduntur spinis; ne sequatur amatores suos; & necessitate compulla, revertatur ad virum suum pristinum. S. Hieron. in Jer. 63.

Lavamina, mundi estote. Isa. 1. 16. Monet, ut peritent in penitentia. S. August. l. 66. lavatur, & mundus est; qui & præterita plangis, & iterum non admittit. Velloso in Judith. 5. Par. 42.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Matth. 16. 24. Nemo potest ire post Christum, nisi denegerit se. Denegat autem seipsum, qui priorem vitam suam malam bona conversatione relinquat. Origenes tr. 8. hic.

Debet quisque abnegare semetipsum; non quòd homo sit, non quòd fidelis, & Christianus; sed, si idololatra fuit, si infidelis; si adulter, & fornicator; si cupidus & avarus; talem se non esse negat, talem se non esse ostendat. Ostendat autem non voce tantum, sed operatione. S. Euseb. Emif. hom. 1. in Natali unius Martyris. Tunc nos abnegamus, dum vitamur, quod per veritatem luimus; & amittitur, quòd per novitatem vocamur. V. Beda lib. 3. c. 16. in Matt.

Ubi cognovit. Luc. 7. 37. Post lacrymas illas, quibus lavit pedes Filii Dei; post illam solutionem capillorum suorum, qua pedes eisdem extersit; post oscula, quæ infixit; post

effusionem unguenti, quo illum unxit; jam nec oculos ad concupiscendum aperit; nec ut amatoribus placeat, capillum comit; nec, os suum à frano pudicitia solvit; nec odoribus aromaticis fetorem luxurie pacit. S. Rupertus l. 10. in c. 11. Joan.

Et ambulabat. Joan. 5. 9. Peccator interiori sanitate respirans, non amplius ferias in spiritualibus agat. Ambulet; sed in lege Domini. Sim. Caff. l. 5. c. 27.

Ubi emendatio nulla, penitentia necessario vana. Tertull. l. de penit. c. 1.

Agere penitentiam, nihil aliud est, quam profiteri, & affirmare, se ulterius non peccaturum. Lactantius lib. 6. div. instit.

Penitentiam agere, est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. S. Gregor. hom. 34. in Evang. ante finem.

Perfecta autem est penitentia, præterita deslere, & futura non admittente. S. Idorus Originum l. c. 19.

Labor sine fructu est, & spes vanissima; sic peccata plangere, ut non debeat peccare. Id. Exhort. ad penit.

§. XXVI.

Penitentia publica.

Afficiite deos alienos, qui in medio vestri sunt; & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Gen. 35. 2. Dicebat Jacob, devastata Sichem, convocata omni domo sua. Hoc est, ut explicat Cathus. Abul. Corn. pro vestibus induite sacrum, sive cilicium; in signum penitentia, ac respicientia. Ad veram penitentiam sat erat cordis contritio; cur vult vestimenta mutari? Lyranus: ut per mutationem vestis exterioris intelligatur mutatio vite interioris, ad statum vite melioris. Sylveira in Luc. 7. c. 15. q. 7.

Recedite de medio Babilonis, & de terra Chaldaeorum egredimini. Hoc est, ut de tota provincia, & circumstantiam peccati; & ostendit quasi hactenus gregem. Jerem. 8. 8. id est, sicut fuis prævi in peccato; sic duces fite aliorum in via justitie, per bonum exemplum. Hugo. Card. in Gen. 19.

Vade in paco. Luc. 7. 50. Elevet peccata sua copiose Magdalena; & David; sed exitu dispari: nam illi dicitur, vade in paco. David autem, in expiationem sui criminis proelio laectatur; petitur lapidibus Semel. 2. Reg. 16. 13. & jaculis Abfolonis. Num gravius peccator, quam peccatrix, erravit? aut hac ille parcius flevit? quin dies omnes suum scelus deservit. Cur ergo illa flendo pacem consequitur? hic in ferum incidit; scilicet palam lacrymatur Magdalena; rigat David suis feribus per noctes fingens luctum suum; non aulam Pharisæi. Oliva lib. 1. Strom. 5. Læctulus noster floridus.

Ubi cognovit. Luc. 7. 37. Non illo die conversa est, quo pedes Domini unxit; sed ante aliquot dies per famulos exploravit frequenter; quò Dominus abisset. Audivit, in templum ivide: non occurrat; dixit enim intra se: qui in templo luget, laudatur. In Sylvan cum suis fecit ille intellexit; non ivit: peccatrix enim in solitudine luere potest, rubere autem non potest. Residere Christum in domo Matris sue nuntiavere servi: abscit, inquit, ut illuc eam: plorantem enim me MARIA non modò soleretur, sed & osculetur: atqui ego clavos quarto, non oscula. Ubi verbò accubuisse Christum percepit in domo Pharisæi, hominis de genere malitiosos exclamavit: ecce nunc dies salutis! non enim lugebo tantum, sed & rubebo: quantum effundam unguenti in pedes Domini, tantum ephibi, famulique in me profunderit injuriam. Nullus incuset locum, quia Maria in domo leprosi & lugere novit, & purgari. Oliva l. 10. Strom. §. ut cognovit. Eligo jacturam pudoris, nè subeam dedecus non amantis; sciens, facilis posse farciri frontis damna, quam fidei. S. Enochius l. 7. epist. 27. Quia sua peccata clarè adverit, digne pensavit; seipsum profundissime humiliavit, ineffabiliterque contempfit. Ideo non solum non verebatur confundi, despici, irrideri: immò omnia ista optavit; ut Deo, quem ipsa in honore, aliquam recompensationem, honoremque, faceret: dum, sicut ipsa Deum maxime in honore per peccata, sic propter illum honorem recompensandum, seipsum probet maxime confundendam. Dion. Carth. hic. Cur Christum non invitat in propriam domum? quia publica peccatrix, publicam egit penitentiam. Sylveira hic.

Et descendente uterque in aquam. Ad. 8. 38. Eunuchus magnam familiam habet; nec tamen coram illis se nudare, ac lavare erubuit; dum coram Deo de propriis verecundabatur peccatis. Dion. Carth. hic.

Vide Pudor.

§. XXVII.

Penitentia impedit Deo, virtuti, quæ prius peccato.

Ecce labrum aneum - de speculis mulierum. Exod. 38. 8. Vide prænam devotionem, & ritum, quo sanctæ mulieres, præsertim cum se rotas DEI obsequio dicebant, sua specula, & ornamenta; per quæ antea vanitati, & Mundo, fervierunt; jam conversa secum pariter DEO consecrabant &c. Cornelius hic.

Judic. 6. 25. 26. præcipitur Gedeoni, destruere aram Baal, & nemus, quod ejus culti dicatur erat; & offerre sacrificium super fruem lignorum, quæ de nemore succidisset. Voluit DEUS, ut nemus, quod antea Baal infervierat, jam nunc DEO incipiat deservire. Rom. 6. 19. Sicut exhibuistis O. Olorius fer. 2. Dom. Pass.

Lavabo per singulas nates lectum meum. Psal. 6. 7. S. Basil. Seleuc. or. 17. per oculos contrà jaculatus est, & lacrymis diabulum convulserat. Pugnat; ut lacrymis ab offensione se vindicet: lamentando victoriam acquirit; & gemitibus gratiam trahit, luctum luctum medicatur. Vindicat lacrymis concupiscientem oculum. S. Cyrill. Jerof. Catech. 2.

Excitus aquarum detrahebunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Pf. 118. 136. Genebrardus; quia peccavi oculis; & oculorum concupiscitiam; per oculos facti - feci, copiose lacrymando. Apud Sylveira in Luc. 7. q. 13.

Canabunt gladii tui in venere; & lanceæ tui in salite. Isa. 2. 4. Quando id factum; ut gladii, qui sunt ad perdendam vitam, convertantur in aratum, & instrumentum alimentum? Et lanceæ, quæ sunt ad occidendum, sint promittendis alimentis? Hoc totum videmus in Paulo impletum, ait Tertull. 1. adv. Gnost. c. 73. Paulus Apollorus de persecutore, qui prius Ecclesiæ sanguinem fudit, postea gladium stylo mutans, & convertens machæram in aratum; lupus rapax Beniamin, Dein affertens ipse eam: Sylveira in Ador. 9. q. 2.

Lacrymis capite rigare pedes ejus. Luc. 7. 38. Quod sibi turpius exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat; sed hos jam, per penitentiam contemns, flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat; sed jam capillis lacrymas tergebat &c. Quor ergo in se habuit oblectamenta, tot de se invent holocausta. Convertit ad virtutum numerum criminum: ut totum ferviret Deo in penitentia, quiquid ex se Deum contempserat in culpa. S. Gregor. in Evang. hom. 33. de penit. Magd.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 8. Animus miser diu ad voluptates corporis ferulo portatus fuit; mutatis vicibus jam annus fit ferulo corporis; illud ad mandatorum Dei præscripta deportaturus. Elicobat t. 1. mir. Chr. l. 5. Sect. 2. Obs. 8.

Petit ab eo epistolam in Damasco. Act. 9. 2. Cur Saulus à Pontifice non petit mandata, sed epistolam? non decreta, provisiones? Perpende profundam Dei sapientiam: postulat illas ad Ecclesiam Dei destruendam. Ordinatur Deus, ut ipse scribat, & nobis det epistolam divina sapientia plena; ad fundandam, & illustrandam Ecclesiam. O mutatio dextere Excellenti! qui sic reum ordinem, ac styllum, immutat? qui hic hostilia arma convertit in auxilia, & patrocinia. Et sic manus armata cum epistolis ad repugmandam Ecclesiam, fit manus armata cum epistolis ad fortiter pugnandum pro defensione ipsius Ecclesie. Sylveira hic q. 2.

Ita levia peccata plangebat; ut illam gravissimorum criminum crederes ream. Cumq; à nobis crebrius moneretur, ut parceret oculis, & eos servaret Evangelicæ lectioni; ajebat. turpanda est facies, quam, contra Dei præceptum, purpuris, & cerussa, & sibiio, sape depinxit. Affigendum corpus, quod multis vocat delicias: longus risus perpeti compendans est fletus: mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicii commutanda. S. Hieron. ep. 27. ad Eustoch. Epitaph. Paulæ!

Quibus rebus provocasti Deum, per has rursum facito propitium. S. Chrylost. orat. de B. Philogonio.

§. XXVIII.

Penitentia satisfactio.

Confugit ad Dominum, pavens periculum - cumque deposuisset vestes regias. Eccl. 14. 1. 2. Hæc bona erat dispositio ad misericordiam Dei impetrandam. Diez fer. 5. D. Pass.

Inclinatis, & nates peccare. Pgl. l. 4. §. 5. Id est homo penitens, nisi sibi ipsi satisfacens. Glossa hic.

Sicut fragmen mali Panice, ita gena tua. Cant. 4. 3. Gilbertus l. 25. in Cant. bona equidem hæc fractio, per quam interior cepit virtus eminare; & quæ in carnis cortice continebatur, erumpere gratia: per hæc fragmenta salutis se nobis

ubertas effudit. Audiant hæc peccatores ii, qui sibi blandiuntur de intima animi contritione, cum nihil pariantur in splendore vultus in ornatu corporis, in abundantia convivii, in risu, in hilaritate, non esse integrum. Baeza t. 3. l. 15. c. 7.

Odit animam suam. Joan. 12. 25. qui abhorret, qualem fuisse meminit, præteritam vitam suam; qui conversus ingemiscit, & seipsum punit per penitentiam. Iste in vitam æternam effudit animam suam. S. Rupertus Abb. l. 1. in Deut. 24.

Qui penitentiam agit, paratus esse debet ad approbata perferenda, injuriaque subeundas; nec commoveri, si quis ei peccati sui crimen objiciat. - Ergo qui penitentiam agit, offerre se debet ad poenam, ut hic puniatur à Domino, non ad supplicia æterna fervetur! nec expectare tempus; sed occurrere divinæ indignationi. S. Ambros. in Pf. 37. in initio.

§. XXIX.

Penitentia semper, etiam in morte, bona.

Et missa aqua lavabunt in ea Aaron, & filii ejus, manus suas, ac pedes; quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii. Ex. 30. 18. 19. 20. Tunc Aaron, & filii ejus, debent in eo lavare manus, & pedes, id est, peccata operis, & affectus, per penitentiam diluere; maxime quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii. Ita & nos oblaturi, & reddaturi, Deo animas nostras in morte, et tanquam thimiama redolens suave, debemus prius à peccatis omnibus abluere. Hugo Card. in Joan. 5.

Elevatio manuum manuum sacrificium vespertinum. Pf. 140. 2. Elevatio manuum significat opera pia, quæ in elemosynis exercetur. Sacrificium verbò vespertinum illam oblationem significat, quam in fine vite Domino solet offerre religiosa devotio, cum penitentiam gerimus. Vespere enim nostra est, quando istam lucem morte veniente deserimus. Cassiodorus hic.

Parabola vineæ. Matth. 20. 1. Docet nos quòd in senectute etiam liceat respicere, & regnum cælorum alsequi; hæc enim undecima hora est. Theophylactus hic.

Bene beatus planè, qui vel in senectute corripit errorem; Beatus, qui vel sub ictu mortis animam convertit à vitis. S. Ambros. orat. funebri de obitu Valentini Imp. sub initium. Christus in paradisum de cruce latrone intulit. Et nè quis aliquando seram conversionem putaret, fecit homicidii poenam Martyrium. S. Hieron. ep. 58.

§. XXX.

Penitentia aliis suadenda, prædicanda.

Quandocunque Spiritus Domini malus arripuerit Saul, David citharam citharam. 1. Reg. 16. 23. Saul in eo, quòd, David citharam percutiente, resocillabatur, & levius habebat, & recedebat ab eo spiritus malus; inimicos Dei significat, pro parte illorum, qui audita dulcissima prædicatione Christi, ad penitentiam invitantis, ad fidem ejus convertuntur; & resocillantur, depositis peccatorum oneribus; & per confessionem recedunt ab eis diabolis. S. Rupertus l. 2. in 1. Reg. c. 2.

Erubescant, & conturbentur. Pf. 6. 11. Intuere, quam sancta est conscientia penitentis. A peccatis suis facta libera, mox pro suis inimicis, ut convertantur, exorat: ut, sicut ille susceptus veniam, ita & inimicos ejus ad Domini gratiam redire contingat. Avocantur retrosum; ut non permittantur ire, quò tendunt; sed cum redeunt, ab inferni fovea liberantur. Erubescant valde velociter. O desiderium sanctæ mentis eximium! quis enim in causa sua amplius petere potuit? Talium itaque Dominus miseretur; qui misericordiam momenta non negligunt: beati misericorditer! Cassiodorus hic.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te convertentur. Pf. 50. 15. David gemino notatus, adulteri, cardisque signare, ipsam criminum insaniam abolendam fidei statuit peccatorum curatione, aut, certe cura. Ratas scilicet, utiore sibi ad veniam aditum patere usquam, quam si non caveam sibi ad lugendum, sed cathedram ad docendum extruere. Oliva lib. 1. Strom. §. Tu aliquando conversus &c. David, cum in expiationem criminis sui charitatem Patris flagitaret; non ea usurum se in cultum Numinis prolesteratur, sed in culturam iniquorum. Redde mihi latram salutariem. Psal. 50. 14. Quò te convertes? ubi te Spiritus Dei, qui amor est, infederit ad salutem? quibus Deum hostis honorabis? nullis, si voluisset, decessisset usque. Quid ergo amore plenus Domino exhibebis? docebo iniquos vias tuas. Ergo paracleto inundatus David, non fingendis Deo oculis vacabit, sed extergendo scelerum puri, manus, spongiisque admovebit: non ignorans, amantiosum tum se fore Nominis; si fratri diligentiur, quam Deo famuletur. Oliva l. 2. Strom. §. filix Jerusalem nolite flere &c.

Vox turris audita est in terra nostra. Cant. 2. 12. id est, Christi.

Christi Salvatoris nostri dicentis: penitentiam agite; appropinquavit.

Facies levis etc. Ezech. 1. 10. Leonis gerit imaginem, ob rugitum vocis suae...

Et factum est, cum accubaret in domo illius multi publicani, & peccatores...

Miste seruum suum hora una dicere inuitatis etc. Luc. 14. 17. Dum cuilibet peruersum aenti dicimus...

Et calcamenta in pedes eius. Luc. 17. 22. Per hanc significat promptitudinem...

In aliquando conuersus confirmat fratres suos. Luc. 22. 32. Piscina tua frateris vomica est...

Spiritus autem blasphemiam non remittitur. Matth. 12. 31. Hoc omnino impoenitentia non habet remissionem...

Corneilius expectabat illas conuocatis cognatis suis. Act. 20. 24. Prae gaudium quia drachma animae suae inventa...

§. XXXI.

Miscellanea.

Oculos meos osculo uisui sui. Cant. 1. 1. Non temere affurgat anima ad os Serenissimi Sponsi...

Nisi conuersi fueritis etc. Matth. 18. 3. Tunc poenitentiae fides habetur...

Stans retro. Luc. 7. 39. Stabat retro, quia ejus uestigia imitari proponebat...

Cum in se reuera cognosceret, quam male ambulasset, a tergo Domini se constituit...

Qui sanus fieri. Joan. 5. 6. Eadem imagine affatur in interiori sensu...

Quis sum ego, ut uadam ad Pharaonem? Ex. 3. 11. Sapius se Moyses apud Deum excusauit...

Cadens in terram. Act. 9. 4. Cecidit in faciem ante retrorsum? S. Gregor. hom. 8. in Ezech...

Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Joan. 18. 6. Syl-

veira hic. In faciem cadere, est in hac uita suas unumquemque culpas agnoscere...

Est nobis spes magna poenitentibus: quia Advocatus noster factus est iudex noster...

Vasa figuli probat fornax, & tribulatio uere poenitentes discernit...

Quia haec Dominicae creatae sacra festiuitas multa in se habet mysteria...

Haec die poenitentibus per indulgentiam subuenitur; discordes ad concordiam hodie redeunt...

Poenitentia indigna admodum est patientiae; citra cuius operam perfici nequam potest...

§. XXXII.

Impoenitentia.

Spiritus autem blasphemiam non remittitur. Matth. 12. 31. Hoc omnino impoenitentia non habet remissionem...

Thesaurizans tibi iram in die irae. Rom. 2. 5. Dum ad poenitendum tempus accipit...

Non dolere, quia peccaveris, magis indignari, atque irasci facit Deum...

Fuit Toletus juvenis, ab ineunte aetate corruptis moribus: qui cum coepisset agrotare...

TITULUS XXV.

POTENTIA DEI.

§. I.

Testimonia.

In principio creauit Deus caelum, & terram. Gen. 1. 1. Deus praepter humanum morem...

Factus est homo in animam uiuentem. Gen. 2. 7. Cald. in animam loquentem...

Non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Luc. 1. 37. Hebr. non erit impossibile apud Deum omnis res...

Uniuersum Deum, simul ut cogitavit, perfecti id: quod cogitavit; & simul ac uoluit...

Ignis naturali motus in altum ferri consuevit, quemadmodum aqua flux deorsum uergente labitur...

hoc: quod ista eductio ferret a solo Deo. Mendoza in 1. Reg. 14. 7. hic.

Poenitens uirga bis flagellum. Num. 20. 11. Silex est petra dura, facta; inepta ad aquam...

Omnique populus per amentem aluam transibat. Joan. 3. 17. Celebrant Historici. Euphratis diuisionem...

Quot mensibus in his fossis effodiendis laboratum est? Quot impendit? Quot hominum millibus?

Aerariis itaque Dominus molarem dentem etc. Judic. 15. 19. Deus per eandem maxillam...

Hoc est uel maxime potentiae Dei munus, hoc imprimis ostendit ejus vires...

Quis uideat differentes hominum in tot millibus formas, & nunquam secundum omnia convenientes...

Ut ex linea unica Apellis inimitabilem in pingendo peritiam luculentem deprehendit Protopogenes...

§. II.

Potentiae diuinae omnia facilia.

Diuine Deus. Gen. 1. 3. id est, mente concepit, uoluit, imperauit efficiatque...

Ipsa dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Psal. 148. 5.

Quem facere uolebat, quantumque illum diligeret, ait: factumus hominem ad imaginem etc.

Ludens coram eo omni tempore etc. Prov. 8. 30. Ludens: quia creationem, conseruationem...

Non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Luc. 1. 37. Hebr. non erit impossibile apud Deum omnis res...

Uniuersum Deum, simul ut cogitavit, perfecti id: quod cogitavit; & simul ac uoluit...

Ignis naturali motus in altum ferri consuevit, quemadmodum aqua flux deorsum uergente labitur...

aquam, ut a montis radice exorta, escumen uersus sursum feratur dirigere...

§. III.

Potentia sua utitur Deus in bonum.

Et erant ualde bona. Gen. 5. 31. Bene omnia fecit, qui primam creationem aspiciens...

Dominus Deus uirtutum, qui similis tibi est potens et Dominus. Ps. 88. 9.

Dominus, si uis, potes me mundare. Matth. 8. 2. Non apte leprosus de uoluntate Domini dubitat...

Scio, cui credidi; & certus sum, quia potens est omnipotens membris seruire in illum diem...

Diuinam potentiam evidentius nihil manifestat, quam iustificare impium. Idiota. 3. contempl. c. 1.

§. IV.

Appendix.

Omnipotentiae diuinae maiestas cuncta potestatis suae impenitentia concludit...

POTESTAS.

En in bonum, non malum, uere.

In consilium eorum non ueniat anima mea, & in calum illorum non sit gloria mea...

Etiamsi Simidiam partem regni mei perieris, imperabis. Esth. 5. 6.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed potius timeate eum, qui potest & animam etc.

Data est mihi omnis potestas euntes ergo dicite etc. Matth. 28. 18.

Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: mox sequitur: uenite ad me omnes.

Data est mihi omnis potestas euntes ergo dicite etc. Matth. 28. 18.

Uniuersum Deum, simul ut cogitavit, perfecti id: quod cogitavit; & simul ac uoluit...

Ignis naturali motus in altum ferri consuevit, quemadmodum aqua flux deorsum uergente labitur...